

P. OVIDĪ NĀSŌNIS

Ē METAMORPHŌSEŌN
LIBRŌ QUĀRTŌ DECIMŌ

GLAUCUS,
CIRCĒ ET SCYLLA

NICOLAS LAKSHMANAN

ēdidit

cum novā significantissimā interpūnciōne

longisque ēlīsive vocālibus notātis

et abundante adnotātiōne

atque crūstulis nōnnullis

AUX HUMANISTES TRÈS-MODERNES

[Au chant XIII, Ovide dit le vain amour de Glaucus pour Scylla.]



Les *Métamorphoses* d'Ovide en huitains de décasyllabes, chez Jean de Tournes, 1557

P. OVIDĪ NĀSŌNIS METAMORPHŌSEŌN



LIBER QUĀRTUS DECIMUS

Jamque Gigantēs¹ injectam faucibus Ætnen,
 arvaque Cyclōpum — quid² rāstra³, quid ūsus arātrī,
 nescia, nec quicquam jūctīs dēbentia būbus —
 4 līquerat Euboicus tumidārum cultor⁴ aquārum.
 Līquerat et Zanclē⁵, adversaque mœnia Rēgī⁶,
 nāvifragumque fretum — geminō quod lītore pressum,
 Ausoniæ⁷ Siculæque tenet cōnfīnia terræ.

*Desja Glaucus le mont Etna passoit
 Qui du Geant le chef hydeux pressoit,
 Et de ses bras le fil de l'eau trenchant
 Desja passoit des Cyclopes les champs,
 Auxquels l'ereau idoyne à la charue
 Le soc aussi, dont la terre est ferue,
 Est incognu, voire l'art & usage
 De joindre bœufs au joug du labourage.
 Ce dieu marin, passant ces lieux ainsi,
 Droit de Zanclé l'isle passait aussi,
 Et Rhegium de Zanclé non desjoint
 Sinon qu'il est à l'opposite joint.
 Puis il passa le dangereux passage
 De celle Mer, dont le double rivage
 De l'Italie en juste portion
 Et de Sicile est separation.*

Traduction de François Habert,
 dédicacée à Henri II

1. Le géant Typhée, d'après le livre V (vv. 346-358), sur lequel l'île de Sicile a été « projetée ».
2. Introduit une interrogative indirecte dépendant de « nescia ».
3. Outil de l'agriculteur : hoyau, houe, ou peut-être herse.
4. Il s'agit de Glaucus, originaire de l'Eubée, pêcheur qui devint un dieu marin après avoir mangé d'une certaine herbe. Comme Scylla a repoussé son amour, il s'en va demander à Circé de l'ensorceler.
5. ZANCLĒ, -ĒS — nf. Ancien nom de Messine en Sicile.
6. RĒGIUM, -Ī — nnt. Ville du Bruttium, en face de Messine.
7. L'Ausonie, c'est-à-dire l'Italie.

8 **I**nde manū magnā¹, Tyrrhēna² per æquora vectus,
herbiferōs adiit collēs, atque ātria Glaucus
Sōle satæ Circēs³ — variārum plēna ferārum.
Quam simul adspexit, dictā acceptāque salūte,
12 « Dīva, deī miserēre, precor ! Nam sōla levāre
tū potes hunc, *dixit*, — videar modo⁴ dīgnus —, amōrem.
Quanta sit herbārum, Tītāni⁵, potentia, nūlli
quam mihi cognitius — quī sum mūtātus ab illīs.
16 Nēve meī nōn nōta tibi sit causa furōris :
lītore in Ītalīcō, Messēnia mœnia contrā,
Scylla mihi vīsa est. Pudor est⁶ prōmissa precēsque
blanditiāsque meās contemptaque verba referre !
20 At tū, sīve aliquid rēgnī est in carmine, carmen
ōre movē sacrō, sīve expūgnācior herba est,
ūtere temptātis operōsæ vīribus herbæ ;
nec medeāre mihi sānēsque hęc vulnera mandō :
24 fīne nihīl opus est — partem ferat illa calōris ! »

At Circē — *Neque enim flammis habet aptius ulla
tālibus ingenium, seu causa est hūjus in ipsā,
seu Venus indiciō facit hoc offēnsa paternō⁷ —*
28 tālia verba refert : « Melius sequerēre volentem
optantemque⁸ eadem parilīque cupīdine captam.
Dīgnus erās ultrō, poterās, certēque, rogārī⁹,
et, sī spem dederis, mihi crēde, rogāberis ultrō.
32 Neu dubitēs, absitque tuæ fīdūcia fōrmæ :
ēn ego, cum dea sim, nitidī cum filia Sōlis,
carmine cum tantum, tantum quoque grāmīne possim,
ut tua sim voveō. Spernentem sperne, sequentī
36 redde vicēs ! Ūnōque duās ulcīscere¹⁰ factō. »

-
1. Au sens de « puissante ».
 2. Tyrrhénienne, c'est-à-dire en face de la Toscane des Étrusques.
 3. CIRCĒ, -ĒS — nf. Circē [Κίρκη] ; enchanteresse, fille du Soleil et de la nymphe Perséis ; elle transforme les hommes en animaux (*Odyssée*, X).
 4. Au sens de « pourvu que » (+ subj.).
 5. TĪTĀTINIS, TĪTĀNIDIS — nf. « Titanide, fille d'un Titan », ici au vocatif selon la déclinaison grecque.
 6. Sous-entendre *mihi*.
 7. Il s'agit de la dénonciation des amours de Mars et Vénus par le Soleil, père de Circé.
 8. C'est d'elle-même et de son propre désir que Circé parle ici...
 9. ROGŌ a ici le sens de supplier (d'aimer). Cf. , en espagnol, *quiero*.
 10. ULCĪSCOR a ici à la fois le sens de « venger » et de « se venger de ».

Tālia temptantī : « Prius, *inquit*, in æquore frondēs,
Glaucus, et in summīs nāscuntur montibus algæ,
 sospite¹¹ quam Scyllā nostrī mūtentur amōrēs. »

40 **I**ndignāta dea est ; et lædere quātenus ipsum
 nōn poterat — nec vellet amāns. Īrāscitur illī
 quæ sibi prælāta est ; Venerisque¹ offēnsa repulsā²,
 prōtinus horrendīs infāmia pābula sūcīs
 44 conterit ; et trītīs Hecatēia carmina miscet.
 Cærulaque induitur vėlāmina, perque ferārum
 agmen adūlantum, mediā prōcēdit ab aulā.
 Oppositumque petēns contrā Zancleīā saxā
 48 Rēgion, ingreditur ferventēs æstibus undās —
 in quibus ut solidā pōnit vestīgia terrā,
 summaque dēcurrit pedibus super æquora siccīs.

Parvus erat gurgēs³, curvōs sinuātus in arcūs,
 52 grāta quiēs Scyllæ, quō sē referēbat ab æstū
 et maris et cælī, mediō cum plūrimus orbe
 sōl erat, et minimās ā vertice fēcerat umbrās.
 Hunc dea prævitiat portentificīsque⁴ venēnīs
 56 inquinat ; hīc pressōs laticēs⁵ rādīce nocentī
 spargit, et obscūrum verbōrum ambāge novōrum
 ter noviēns⁶ carmen magicō dēmurmurat ōre.

60 **S**cylla venit mediāque tenus dēscenderat alvō,
 cum sua fœdārī lātrantibus inguina mōnstrīs
 adspicit. Ac primō crēdēns nōn corporis illās
 esse suī partēs, refugitque abigitque timetque
 ōra proterva canum. Sed quōs fugit attrahit ūnā,
 64 et corpus quærēns femorum crūrumque pedumque,
 Cerbereōs rictūs prō partibus invenit illīs.
 Statque canum rabiē ; subjectaque terga ferārum,
 inguinibus truncīs uterōque exstante, coercet.

11. SOSPES, SOSPITIS — *adj. qual.* « sauf, sauve ».

1. Métonymie pour « amour, désir, passion ».

2. REPULSA, -Æ — *n. f.* « échec ».

3. On peut comprendre qu'il s'agit d'une crique — évoquée au vers 902 du chant XIII.

4. PORTENTIFICUS, -A, -UM — *adj. qual.* « miraculeux, -euse » (de *por-tendō*, « présager », où *por* = *prō*).

5. Il s'agit des décoctions préparées par la sorcière.

6. C'est-à-dire... 27 fois.

68 Flēvit amāns Glaucus ; nimiumque hostīliter ūsæ
vīribus herbārum, fūgit cōnūbia Circēs.
Scylla locō mānsit ; cumque est data cōpia, primum
in Circēs odium sociīs spoliāvit Ulixem.
72 Mox eadem Teucrās⁷ fuerat mersūra carīnās,
nī prius in scopulum, quī nunc quoque saxeus exstat,
trānsfōrmāta foret : scopulum quoque nāvita vītāt.

7. C'est-à-dire « Troyens » : les navires d'Énée et de ses compagnons.

Le chant XIV des *Métamorphoses* d'Ovide s'ouvre sur la vengeance de Circé, amante repoussée de Glaucus. La vengeance est d'autant plus cruelle que sa rivale et victime, Scylla, n'avait elle-même pas voulu de l'amour de Glaucus.

On y goûtera le récit saisissant de la transformation de Scylla dans le monstre qu'on connaît.